Item alia carta in eodem mandamento de Bozosello et in eadem parrochia, ubi dicitur Costa, quod est in ea Cotonacum, et est in pago Salmoriacensi et in episcopatu Qratianopolitano.

(2 avril 1003.)

In Christi nomine, notum esse volumus quod laboratores quidam, Eldradus et cum infantibus suis Adalgis etDuradus etGuioni, venientes postulaverunt dommim Hotdoni episcopum, ut aliquid terre ex ratione sanctiAndree, quàm per precarie largitatern adquisivimus, sibi et uxoribus et heredibus eorum traderet ad médium plantum, secundum Galliarum morem : quod et fecit. Predicta cepis sita est in pago Gratianopolitano, in agro Salmoriacense, in villa Cotonaco, et ungitur undique ex eadem arva : banc diffinitionem predictus episcopus et comitus, ut supra taxavimus, prelibatis viris tradit more Burgundiorum ad rnedium plantum. Si quis vero cartulam hanc corrumpere temptaverit, non valeat vendicare quod repetit, sed cui rixam moverit argenti libras persolvat septem ; sicqu'e bec inde scriptura jugiter vigeat, cum stipulatione subnixa, in posterum. Signum domni Otdoni episcopus. Signum Umberto comiti etuxori sua. Signum Borcardi. Signum Gottafredo et alium Gottafredo. Signum Amiconi. Signum Ausierio. Signum Ardenc. Actum apud castrum Bocissello, per manum Constantino archipresbitero, feria sexta, IIII" nonas aprilis, annos decim régnante Radulfo rege.

C.-U.-J. CHEVALIER.